



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

XLVI. Herzog Bolko von Schlesien bestätigt den Verkauf von Lauden und  
Marchinowitz an den Bischof von Lebus, am 23. April 1340.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

XLVI. Herzog Bolko von Schlesien bestätigt den Verkauf von Laudow und Marchinowitz an den Bischof von Lebus, am 23. April 1340.

Nos Bolko, dei gratia dux Silesie et dominus de Fürstenberg et in Monstereberg, ad Vniuersorum — noticiam volumus deuenire, Quod constitutus in nostri presencia Henricus de Huguwiz, miles, fidelis noster dilectus, — — — totam villam, que Laudow Polonicis dicitur, et alodium Marchinowitz, nostri Strelinensis districtus cum sculteto ejusdem ville et seruicio per eundem sculetum debito et omnibus ejus appendiciis, quouis nomine vocentur, pro certa summa pecunie, — — Venerabili in Christo patri ac domino, Domino Stephano, Lubucensi Episcopo, Nec non sancte Marie Ecclesie sue Cathedrali, rite et racionabiliter vendidit iustoque vendicionis titulo coram nobis ad manus honorabilium et sapientum virorum Domino Jacobo de Borek et Heinconis de Bantsch, Canonicorum Ecclesie memorate ibidem presencium, — — — resignauit. Nos easdem vendicionem et resignacionem — — — gratas, ratas et acceptas habentes, presentis scripti patrocinio confirmamus, eandem quoque villam cum sculteto et alodium cum omnibus prouentibus — — — totoque nostro dominio nobis ibidem competente, Puta superiori et inferiori iudiciis, dextrarali seruicio, collectis, contribucionibus, petitionibus, angariis et generaliter cum omnibus iuribus ad nos respicientibus, Exactionibus, pecuniis, monetilibus, annonis, vecturis, araturis, stacionibus, que vulgo Legir nuncupantur, et prout eadem villa et alodium ab antiquo in suis terminis circumferencialiter distinguuntur. Nulla nobis in premissis aut eorum aliquo preter iudicium sanguinis, utpote capitis et membrorum, et tertium denarium de penis iudicariis, culpis et emendis ex iudiciis sanguinis dontaxat prouenientibus, iurisdictione et proprietate penitus reseruata: Prenominato Domino Episcopo et ejus predistincte Ecclesie Cathedrali in proprietatem et proprium damus, conferimus et donamus pacifice et quiete perpetuis inantea temporibus possidendum, Cum plena licencia et commoda facultate, sub predictis libertatibus, Immunitatibus siue graciis, vendendi, obligandi, permutandi, alienandi et tanquam de re propria et alii ipsius Ecclesie patrimoniis ad suum et successorum ejus beneplacitum faciendi. Harum sub nostri majoris sigilli testimonio literarum Dominis Henrico predicto, Peregrino de Petirzwald, Churdebach, Ottone juniore de Glubos, militibus, Ottone de Borsnitz de Prus, Peczone de Siffursdorff et domino Petro, Curie nostre Notario, fidelibus nostris, testibus ad premissa. Datum et actum Glacz in Castro superiori, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XL, Nono Kal. Maij.

Bohlerück I, 517.

XLVII. Heinrich, Bischof von Lebus, schenkt dem Vicarien-Collegio seiner Stiftskirche zwei Höfe nebst der Schäferei in Kliestow, am 19. Oktober 1362.

Nos Henricus, dei gratia episcopus ecclesie Lubucensis etc. — Damus et legamus de consensu et assensu Capituli nostri Lubucensis discretis viris et honestis Dominis vicariis,